UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Margarita Philosophica cu[m] additionibus nouis

Reisch, Gregor

Basilee, 1517

VD16 R 1040

Ad Lectorem Avctoris Conclvsio

urn:nbn:de:hbz:466:1-30660

Visual Library

AD LECTOREM AVCTORIS CONCLVSIO

Habetis itaqꝫ ingenui adoleſcentes, nam uobis primo
hęc Margarita dedicata eſt, habetis inquã epitoma om̃is
philoſophię: quantitate ꝗdem paruũ, ſed continentia im
menſum: ꝑ libellos, tractatus, capita, cũ ſummarijs ſentẽ
tijs mira breuitate & ſtilo ſimplici, ex diuerſis & philoſo
phorum & theologorũ ſanctorũqꝫ patrum cõmentarijs
excuſſum: ut & breuitas memoriã adiuuet, ſtili ſimplici-
tas intellectũ rudẽ nõ excludat, auctoritas originaliũ uo
luntatẽ alliciat: quorũ multoties cũ in ꝓſa, tum in carmi
ne integrę ſententię aſſumũtur: ne in ſugillationẽ aliorũ
uideatur auctor oĩa uoluiſſe innouare: Nonnullorũ ta-
men Neotericorũ nomina in opinabilibus obticẽtur: ne
quẽpiã nomen abſterreat: quẽ tamen ſententia delectat.
Veterũ aũt, maxime quattuor doctorũ & colũnarũ eccle
ſię: & inter hos Aurelij Aug. uerba cũ annotatione libro
rũ & capitũ expreſſius ponũtur: ut habeant calũniatores
quo dentẽ inuidię retũdant: ꝗb⁹ nihilominus multoties
ab auctore dinerſis in locis reſpõdetur. Adiũxim⁹ quoqꝫ
principalium contentorũ indicẽ ſuccinctum, quo quęqꝫ
facilius ſtudioſo cuiqꝫ pateãt. Viderũt & reuiderũt ſingu
la auctor ipſe & omniũ facultatũ nõ infimi profeſſores:
quorũ nomina liber uitæ cõtineat optatę. Si ꝗd aũt ſanæ
doctrine contrariũ inuenitur, emendent quorũ intereſt:
nihil ꝗppe temere uoluit ꝗ ſcripſit ſentire aut defendere
ſed in omnib⁹ aliorũ & melius ſentientiũ iudicio magis,
qꝫ ꝓprio inniti. Accipite inquã adoleſcẽtes optimi Mar
garitam philoſophicã ab auctore ſuo matura frõte quar-
to ſatis ac ſuꝑ recognitã, caſtigatã: ſententijs, additiõib⁹
nouis, atqꝫ figurarũ typis & auctam & illuſtratã. In qua
pręter alphabetũ nihil de hebręo auctor ipſe immiſcuit.
Quod ergo in aliorũ impreſſione ſuꝑadditũ comperies,
alienũ a Margarita noſtra intelligas. Vale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN